Criſtiano cum vxore ſua cō=
uenire aliqn̄ licꝫ aliquādo nō
licet·ꝓpter ꝓceſſionis enim dies et
ieiuniorum aliqn̄ nō licet ↄuenire·
quia etiā a licitis abſtinendum eſt

tn̄ peccat exigēdo h̄ reliquus nō peccat reddendo·naz et ſi peccat qui
precipit non tamen peccat qui obedit·xxiij·q·i·quid culpatur

Quotienſcūq;·feſtiuitates· de quibus inuenio hijs capitulis·et ꝫ·
de ↄ·di·iij·c·i·b·

g ℭ Ab infideliū ·
infideles eos vo=
cat q̄ peccāt mor
taliter·ar·xxiij·q·
·iiij·fōte vl' quia
non ſeruant fidez
amicis ſuis· vel ad
differentiam fide=
lis·xxxiiij·di·cri=
ſtiano lium eſt

h ℭ Fratres ·cōſi

Si cauſa· con
ceſſum·⁊ ita
videtꝛ ꝙ aliquod
tempus ſit prohi
bitum ·in quo de/
bet vxorem ſuam
cognoſcere cauſa
ſobolis procrean=
de·et ita non ē cō
ſilium· h̄ fac vim
in eo quod dicit ·
videtur·non enim
dixit non eſt ·vel
intelligas in caſu
in quo loquitur
capitulum·quādo
ſcilicet cognoſcat
eaz cauſa ſobolis ·
q᷑ forte in eo caſu
non debꝫ ad eā ac
cedere· ſecus ſi cā
incōtinentie

k ℭ Proceſſiōis·
id eſt rogatōnum
vt·ꝫ·de ↄſe·di·iij ·
ꝓnunciandum

l ℭ Conceptus ·
ex quo ſcilicꝫ par
tus incipit moue=
ri h̄ etiā ↄſiliū eſt
ſm̄ nos ſicut etiaz
de menſtruata·di·
·v·ad eius vero ↄ
cubitum·licet·h·
cōtradicat

m ℭ Legē·ſ·di ·
·v·§·i·io·

Criſtiano·xx
viij ·q·i· ſic
enim·

o ℭ Nō licet·id ē
nō expedit· et ita
licitum dupliciter
dicitur·

p ℭ A licitis ꝓp̄t
hoc et illꝰ ꝫ·e·nec
vxorem·dic omīa
h̄ de conſilio intel
ligenda·

q ℭ Ex conſenſu·
h̄ nō eſt in ap̄lo ·
ſed eſt ibi ſenſus
vnde eſt ar · ꝙ po
tius ſit ſenſus at=
tendendus q̄ ver
ba extra de ·v̄·ſi·
preterea·

r ℭ Oratōne· ſed
dicit auctoritas
non deſinit orare
qui bene facit·ſed
quilibet reddendo
debituz bene facit
ergo orat quare

ergo ceſſabit vt orationi vacet. Rn̄deo orare h̄ ſtricte ſumitur. ſcd̄m q̄ oracō fieri dʒ in ecc̄ia. vel h̄ de exigente. illud in reddente. extra de conu. ↄiu. quidam Jtem nonne quotidie eſt orandum. videt̄ ḡ q̄ iugis cōtinentia indicenda ſit ↄiugatis. h̄ nonne orationis h̄ tempus deputatum ieiunijs quibus ſic frequentius intēt oratio intelligitur. vt temp⁹ quadrageſimale et q̄tuor tempoꝝ et vigilie ſanctorum. extra de obſ. ieiu. cōſilium.

a ¶ Nam et ſm legem. forenſem. i. romanaʒ. vt. C. de ferijs quadragin/ta. vel moſaicam vbi d̄r ecce ad lites ꝛ ad ↄtencōes ieiunatis et pcutitis pugno impie xviij. di. impieta/tis. vel canonicam xv. q. iiij. placita.

Q Vi caſtigati one. ſ. flagellorum.

c ¶ Victus. i. cōuictus et ↄpunct⁹ vel melius victus genitiui caſus q̄ſi in abſtinentia ꝛ p citate. ſ. ieiunādo et ieiuniſſe caſtigando.

d ¶ Niſi egrediatur. q̄ntū in ſe ē. ſ. ſi vxor ↄſentiat

V Ir cū ꝓpria ↄiuge. C. in prima pte agitur de eo qui cauſa incontinentie ad vxorem accedit. tali ↄſulit ab ingreſſu ecc̄ie abſtinere vſq̄ ad veſpaʒ Jn ſecūda de eo q̄ cā ꝓlis eā cōgnoſcit iſte talis ſi vult nō ſolū intrar̄ ecc̄iam ſʒ etiā corpus xp̄i accipe pmittatur Jn tercia de eo q̄ cā libidinis explē/de. huic in iſto. c. pn̄ia non imponit̄ dicitur tamen de eo q̄ grauius de/linquat.

vt facilius impetrari poſſit quod poſtulatur. Vnde apoſtolus ex conſenſu ait abſtinendum eſt ad tempus vt expeditius vacetis oracōni. naʒ et ſcd̄m legem in ieiunio ced̄e ꝛ iurgari nō licet p⁹ vero licet ¶ Jtem Jo. criſ. Non vere penitētiam agit qui continentiam non ſeruat

Q Vi in caſtigatōe victus ſe dicit agere penitētiam fruſtra h̄ ſermone pmittit niſi egrediatur de cubili ſuo et ieiunio continentiā addat ¶ Jtem gregorius Ab ingreſſu eccleſie vir tēperare ſe debet cum propria dormiens vxore

V Ir cum ꝓpria ↄiuge dormiens niſi lotus aqua eccleſiaʒ intrare non debet. q̄uis diuerſe hominū nationes de hac re diuerſa ſentiant atq̄ alia cuſtodire videātur. romanoꝝ tamen ſemp ab antiquioribꝰ vſus fuit poſt āmixtionē ꝓprie coniugis ꝛ lauacri purificacōnem querere et ab ingreſſu ecc̄ie paululum tēperare. nec h̄ dicentes culpādum putamus eſſe ↄiugiū. ſed quia ip̄a licita admixtio ↄiugis ſine voluptate carnis fieri non poteſt ideo a ſacri loci ingreſſu eſt abſtinendū. q̄ voluptas ip̄a ſine culpa nullatenus eſſe poteſt. non enim de adulterio vel fornicatione ſed de legitimo matrimoīo ſuſceptus erat qui dicebat ecce enim iniquitatibus conceptus ſum. oportet itaq̄ legitimā eſſe cārnis copulā ut cauſa ꝓlis ſit non voluptatis. et carnis cōmixtio procreandorum liberorū ſit gracia non ſatiſfactio viciorum Si quis enim ſua coniuge non cupidine voluptatis raptus ſed ſolūmodo creandoꝝ liberorum gratia vtitur iſte profecto ſiue de ingreſſu eccleſie ſeu de ſumendo corporis et ſanguinis dominici miſterio ſuo eſt iudicio relinquēdus. q̄ a nobis ꝓhiberi nō debet accipere qui in igne poſitus. neſcit ardere cum vero non amor ꝓ creande ſobolis ſed voluptas dominatur in opere ↄmixtionis. habent ↄiuges etiam de ↄmixtione ſua q̄d defleant. tunc autem vir qui poſt āmixtionē cōiugis lotus aqua fuerit etiam ſacre valet ↄmunionis miſteria accipere cum ei ſecundum p̄finitam ſentēciam eccleſiam licuerit intrare.

¶ Hic eē indiebus abſtinentie nupcie celebrari ꝓhibēt vn̄ i laod. cō. Jndiebus quadrageſime nupcias non oportet celebrar̄ nō licet

N On oportet in quadrageſima vel nuptias vel quelibet natalicia celebrari.

N ¶ Jtē ex ↄcil. mātini p̄pe. de On licet in. xl. natales eode

plex⁹ ſm. h. inter veniale q̄d ſurgit ex primis motibus. et mortale. nā de primis motibus dicit apoſtolus. ago q̄d nolo et ſurgunt in nobis ꝛ ſine nobis de pe. di. ij. inter h̄ ſciendum. p. manducator dixit contra. vt no xiij. di. neru. Jtem ex hoc ſequeretur q̄ faceret bene et male quia reputatur ei ad ſanctitatem ſi reddit debitum vt. ī. e. q. ꝓx. c. i.

i ¶ Non poteſt de facili et ideo quia dubium eſt aqua aſpergetur.

k ¶ Jniq̄tatibꝰ. i. voluptatibus. iniquitas enim ꝓprie deſignat crimen. de. pe. di. iij. §. q̄d autē. c. ille rex. vel dic iniquitatibus. i. originali pc̄to ſiue fomite. vnde theologi colligunt ex h̄ q̄ plura ſunt origialia hmōi ꝛ tūc dic iniquitatibꝰ. i. cū īiquitatibus

l ¶ Vicioꝝ. ſ. improprie. ar. di. xiij neruí.

m ¶ Probiberi. i. diſſuaderi

n ¶ qui ī igne. i. ī ardore ↄcupiſcen/tie. i. in amplexibꝰ vxoris igneis.

o ¶ Neſcit. i. neſcit ↄſentire libidini vxoris ſue ſed reddit debituʒ vxori exigenti.

p ¶ Sʒ voluptas. exercende libidi=

q ¶ Q̄d de= nis fleant. eſt em̄ coitus tunc mortale pc̄m ſm. h. vt xxij. q. iiij. origo. ſi cā incontinentie veniale. vt. di. xxv. §. alias ea. xxx. ij. q. ij. quicquid. §. hijs itaq̄ʒ. imo ſm nos nec h̄ caſu ē mortale. ſed veniale. ꝛ h̄ indicat cum dicit q̄ defleant.

r ¶ Tunc autem hoc reſpicit principiū huius. c.

f ¶ Jntrare. ḡ videtur q̄ multo fortius quis prohibendus ſit ab ingreſſu ecc̄ie ꝓ mortali cū h̄ impediatur ꝓ veniali. et ita qui eſt in mortali non dʒ ecc̄iam ingredi q̄d quidam admittunt. vt. xxi. di. cleros. in ſi. et. xi. q. iij. nullus ſacerdotum. et de pe. di. i. qui ſanctus ſacerdos eſt. q̄d non eſt veꝝ. niſi ſint excōicati. xi. q. iij. excōicatos. et. c. cū excōicato. vel interdicti. ex̄ de offi. delega. ſane de illis ↄſtat. vel niſi ſint con/tumaces. xi. q. iij. qui iubente. vel penitentes ſolemniter. l. di. i capite. et quidaʒ ſacrilegi. vt. lxxxi. di. ſi qui. v. q. ij. p̄niti. et. xij. q. ij. d viro. alias quilibet pt̄ ingredi. vt de. ↄ. di. i. ep̄us nulluʒ. i. q. i. q̄ ſtudet. vbi dicitur q̄ dn̄s admiſit om̄es pc̄tores intrare ecc̄iam p̄ter ſimoniacos. potius enim frequentabit ecc̄iaʒ q̄ eſt in mortali vt domin⁹ eum ↄuertat per v̄ba ſacerdotis. vt de pe. di. v. falſas. in ſi. quod ergo h̄ dicitur dc̄m eſt ꝓpt̄ reuerenciā ſacri loci et ꝓpter corporaleʒ viri inquinatio/nem magis q̄ ꝓpter pc̄m. ↄromane ecc̄ie ſeruanda. et veꝝ eſt cum

g ¶ Vſus. ar. ꝓ ↄſuetudine ↄ h̄ docet. xi. di. nolite.

h ¶ Voluptate. et ita coitus nō pt̄ fieri ſine peccato. h̄ applaudit ſibi. h. et ſumit opinioneʒ q̄ nunq̄ op⁹ ↄiugale ſine pc̄o pt̄ exerceri. vnde etiaʒ q̄ debituʒ reddit peccat venialiter. q̄ ſemp eſt quidam pruritus et voluptas in emiſſione ſpermatis. et ideo xp̄s noluit naſci ex coitu q̄ non pt̄ fieri ſine pc̄o. ꝛc̄. xxvi. q. ij. omne. ad fineʒ. vid̄ ergo q̄ teneatur aliquis peccare. q̄ tenet̄ reddere debitum. vt. xxvij. q. ij. ſi tu. et. ī. q. ꝓx. c. i. nec pt̄ reddere niſi peccet ergo tenetur peccare. Sed h̄ ar. non valet. Jnſtat. h. p̄ſbiter tenetur cantare miſſam nec pt̄ cantare niſi habeat linguam ergo tenetur linguam habere. et ſecundū hugo. peccat homo ex neceſſitate in primis motibus. et ita erit quis per

s ¶ Hic. etiaʒ hic agit de illo impedimento. q̄d dicitur tempus feriarum. de quo dicunt quidam q̄ impedit contrahendum et dirimit iam contractum. q̄a ↄtrahitur ↄtra ↄſtitucōem ecc̄ie. ī. e non oportet. et ex̄ de matri. contracto. contra interdc̄m ec. videtur. alij meli⁹ dicunt q̄ licet impediat non tamen dirimit. ar. ex̄ de mr̄i. ↄtrac. ↄtra interdictum eccleſie. c. i. Alij melius dicunt licet impediat non tamen dirimit. ar. ex̄ de matri. contrac. cōtra inter. c. vlti. in ſi. et. c. penul. et extra de temp. or. ſane. vn̄ mr̄imoniū i quadrageſima nō prohibet̄ ↄtrahi. ſed prohibetur nuptialia conuiuia et multiplices et ſolemnes traductiones et carnis commixtio. Poteſt ergo matrimonium ↄtrahi ī quadrageſima. ſed illa tn̄ nō debet duci. ſicut ſm leges pt̄ tempore luctus viro alij deſponſari. ſed nō traduci. vt. ff. de hijs qui no. infa. ſolent. §. qui virum et hoc eſt expreſſum. extra de feri. c. capellanus. ar. ad hoc. ff. de ritu nup. ſi quis officium. naʒ cum ſolo ↄſenſu ↄtrahitur cur nō ↄtraheret̄ hoc tpe. C. de tranſac. non minorem. Jo. et ex̄. de mr̄i. ↄtrac. ↄtra interdc̄m eccleſie. cū ſis p̄ditus. ↄnatalitia. non martiruʒ ſed hominum. vel ad literam intelligas.

N On oportet ↄ

On licet. in quadrageſima. hoc de honeſtate dicunt quidam. ff. de ritu nupti. ſemper. in coniunctionibus

t ¶ Natales. pt̄ dici h̄ eſſe abrogatum. nam hodie celebrantur bene in quadrageſima. vel intellige q̄ non debent celebrari vt fiant ibi conuiuia et interſint hiſtriones et mimi turpia. ꝛc̄. ꝛ huic intellectui conſonat quod ſequitur. ſed tantum in ſabbato. ꝛc̄. ī. e. nec vxorem. natales vocantur martirum paſſionum dies. quia in eis naſcuntur ad vitam et moriuntur mundo. de conſuetudine eſt in eccleſia mediolanenſi q̄ in

quadrageſima non celebrant· de hijs natalibꝯ habes· C· de probatōni
Nbus· neqꝫ natales· et virgilius· meus eſt natalis
Non oportet· ebdomadis· ſed nūquid iſte tres ebdomade ſunt im
mediate ante feſtū ſancti iohannis· ſubaudi nō· ſed cū interuallo inter
eas et feſtum· vt extra· de ferijs· capellanus· et has ponit duas opini-
ones· approbat tñ ꝙ cum interuallo accipiende ſūt· et incipiunt a die-
bus rogatōnum·

b ℂ Seperentur· ad tps· ex̄ de mři· ɔtrac· cōtra inter-dictū eccie· lr̄e· nō eſt ɔtra· ex̄· e· t· ex lr̄is· in ſi· q: ibi lo-quitur de interdi-cto eccie non de tē pore feriato· vel ibi ꝓhibetur ꝑpe tua ſeparatō· hꝰ ꝑ mittitur ad tps

APoſtolꝰ· ɔ-ratōni· ꝑuaſ-te vel priuato vo to qđ facē ꝛ icipē velit· ſed ſolemni oratōni et tēpori ꝛ officio a canoni bus et vniuerſali ecc̄ie iudicio vaca re lꝫ ꝛ dꝫ ꝛ p̄t· vt de ɔſe· di· ij· omis homo· s· e· q· ij· q̄s deus· s· di· v· c· iij·

c ℂ Niſi ex ɔſēſu niſi pro ſuccurſu terre ſancte· ex̄ d̄ vo· ꝛ vo· redēp· ex multa· d̄· in tanta·

ℂ Fraudari· ſed q̄d ſi i eccia velit vxor debitū exige re a viro nūq̄d dꝫ ei reddere· g· dic̄ ꝙ ſic· tu cōtra· ar· ff· de ſol· qđ di-cimus· ſed quid ſi a ſacerdote tē po-re canonis petitur debitū idē dico· ꝙ nō tenetur reddē tūc· ar· xxix· di· c·

PEnitē- ·ij· tiā· publicā· ſ· ꝛ ſolēnē· ſ· ꝑ q̄ ſuis alteriꝰ ledit·

Queſtio· v·

QVod autē ſine con-ſenſu· hec qō· v· negatiē ſol uitur· quia non po teſt continentiam vouere ſine cō ſen-ſu expreſſo vxoris vel tacito· niſi ſit ſponſa nondū co-gnita· ex̄· d̄ ɔuer· ɔiu· ex publico· et in caſu fornicatō-nis· ut· xxxvij· q· ij· agathoſa

h ℂ Ait eni ſup pſalmo· Laudate dn̄m qm̄ bonus ē·

martirū celebrare· ſed tm̄ in ſabba to et dn̄ica ꝓ cōmemoratōne eoꝝ oblatōnes offerre ſed nec natalicia nec nuptias licet in quadrageſima celebrare ℂ Itē ex cōcilio ilerdēſi

NOn oportet De eodem a ſeptuageſima vſqꝫ in octa-uas paſce et tribus ebdomadis añ feſtiuitatem ſancti iohannis· et ab aduentu dn̄i vſqꝫ poſt epiphaniam nuptias celebrare· ꝙ ſi factum fue-rit ſeparentur ℂ Itē nicolaus ad

Nɔſulta bulgaroꝝ De eodem· NEc vxorē ducere nec cōuiuia facere in quadrageſimali tpe cōue nire poſſe vllo mō arbitror ℂ Hec autem ſeruāda ſunt ſi vxor ɔſēſum adhibere voluerit· Ceterū ſine eius cōſenſu nec cauſa orationis ɔtinen tia ſeruari debꝫ ℂ Vnde aug· in li-bro de adulterinis ɔiugijs Niſi ex conſenſu cōmuni orationi cōiuges

APoſtolus vacare nō poſſunt nec ad tēpus vt vacare orō-ni niſi ex cōſenſu ɔūi voluit cōiuges nec carnali inuicē fraudari debito· ℂ Hinc etiā in ſcđo ɔcilio arelatē ſi legitur· Niſi ex ɔſenſu ɔūi ɔiuga

PEnitētiā tis penitētia ñ dēt· ɔiugatis nō niſi ex ɔſenſu cō muni dādā eſſe p̄cipimus Q V

QVod autem ſine conſenſu vxoris vir continētiam vo uere non poſſit multorum auctoritatibus probat̄· Ait enim aug· ſuper pſalmum· cxlvij· Non poteſt vir cōtinētiam vuare niſi vx

SI dicat oris teneat aſſenſuꝫ vir ɔtinere iam volo nolo iaꝫ vxorem· non p̄t· qđ enim tu vis illa non vult· nūquid ꝓ ɔtinentiā tuā d̄ bet fieri illa fornicaria ſi alij nupſe-rit· te viuo adultera erit· non vult tali lucro deus tale damnū ɔpenſari redde debitū et ſi non exigis redde ꝓ ſanctificatōe ꝑfecta· deus tibi cō

SI dicat· illa nō vult· xiiij· di· qđ ait i ℂ Fōnicaria· xxvij· q· ij· ſi
tu· k ℂ Pro ſanctificatōe· q: reddē debitū meritorium ē ꝫ· e· ſm
xxxij· q· ij· ɔnubia· ɔtra· ſed ibi ſoluitur· Io- ɔtijs alicui facto debitis
NOtificaſti· ſine abbate· idē ſi cū abbate non intelligitur illud eſ
n ℂ Cū oi· ar· ꝙ p̄termiſſis circūſtā- ſe factum· s· xxx· q· v· ali
ter di· xxiij· quorundam· s· xvij· q· ij· cōſaldus· ar· contra extra de re· et

putabit ſi non qđ tibi debitū eſt ex-igis ſed reddis qđ debetur vxori ℂ Itē alexāder ſecundꝰ lādulpho i corſica Nō debꝫ extorq̄ri mlieris ɔſenſus ad ɔtinētiā deo vouendam

NOtificaſti te morte tenꝰ infir matū· et pccoꝝ tuoꝝ recor-datōe et terrore valde paueſcēn an xie queſiſſe monachū fieri· et a tua vxore minis et terroribus eam occi dēdi ad hoc licētiam extorſiſſe· et ſic te monaſticā veſtē ſine abbate ſum pſiſſe et monaſterium petiſſe· poſtea vero cū ſanus factus eſſes tue uxo-ris reclamationibus eiuſqꝫ ululati-bus ꝛ plāctibꝰ· tueqꝫ familie diſꝑſi onibus deuictus· vtpote penitēs do mum remeaſſe· et poſt multos dies quorundaꝫ ſapientium de ɔſilio ad iam dicte mulieris rediſſe cubile· Nūc aūt ſi tua vxore vti liceat no-ſtꝝ req̄ris ɔſiliū· ſi ita deniqꝫ ē ut tu us nuncius· narrat· non videtur no bis ratōnabiliter nec iuſte factum qm̄ cum om̄i homini ad mōſticā vi tam tēdēti legaliter ꝛ iuſte ꝛ ſancte ſit pagēdum· tu ɔtra leges minaci ter et violenter a tua vxore partim terrore mortis· partim tue infirmi tatis doloribꝰ ex animatus deuia ſe cutus nulla vt dicit̄ licētia accep-ta receſſiſti et monaſterium petiſti· Nō eni ex violētia ſꝫ ex pari volun tate ꝛ ɔſenſu ſicut ſancti p̄res dicūt hꝰ fieri dꝫ neqꝫ vir monaſteriū elige re aut ꝑfeſſa ɔtinētia habitū cū fe ſtinatōe debet mutare ℂ Item ex cōcilio apud ɔpendium Vir poteſt abnuere vota cōtinētie que ſine eiꝰ conſenſu mulier deo promiſit·

MVlier ſi ſine licentia mariti ſui velum in caput miſerit ſi viro placuerit recipiet eam iteꝝ ad con iugum ℂ Itē auguſti· ad ediciaꝫ Non p̄t vir ɔtinētie vota reſcidē q̄ ſine eius aſſenſu mulier deo ꝓmiſit

tranſ· ad reli· c· ad apſicam· q: tenet ibi monachatō omiſſa ꝓbatōne·
o ℂ Minis· ar· ꝙ cōfeſſio vel ɔſenſus ab aliquo cōtra ipſum extortus
nō p̄iudicat illi· ar· xxxi· q· ij· lotharius· ꝛ· xv· q· vi· auctoritatem
p ℂ Licētia· ar· a cōtrario ſenſu ꝙ non p̄t de monaſterio exire qui cū
vxoris intrauit licentia Item· ar· ꝙ coacta licentia vel voluntas nulla
eſt· non quia hec nō fuerit licentia· vt in principio di· ſed quia coacta

ideo hec nulla di-citur· ſed videtur ɔtra· xv· q· i· meri to· vbi dicitur ꝙ coacta voluntas· voluntas eſt· ſꝫ· ſecus ē h̄ et in ma trimonijs· vbi ex igitur volūtas di recta vel ſponta-nea· ex̄ de ſponſa· cū locū et i hitus aſſumptōne· ex̄ ꝙ metus· cā· c· i· ſecꝰ eſt in iuramento vbi nulla excuſat neccitas q: ip̄m ne-ceſſitatis ſemp ē xxij· q· i· ita g̃· cō-ſulitur tamē iſtis vt no· xv· q· vi· au ctoritatem

q ℂ Cū feſtinati-one· ſed nūquid te netur vir iſte con tinere poſt mortē vxoris· ſic· nec exi-gē poteſt· ad mo-naſteriū tñ nō co-git̄ redire extra de cōuer· ɔiu· quī-dā ex̄· e· ti· placet Sꝫ contra dicit ex̄ · e· ti· ex pte· vbi compellitur redi-re ad monaſteriū Sꝫ dic ꝙ ibi vxor dederat licentiaꝫ· et ipſe ſolemniter profeſſus erat vel ibi verbū ɔpellas non extenditur ni ſi ad verbū dimit tat· qđ poſt ſeq̄t eſt ɔſiliū· nec ob· ex̄· e· ti· ɔſuluit· q: ibi non fuit reuo-catus ab vxore ea viua· et q̄a iam in monaſterio fuēat plus q̄ per annuꝫ et quia poſt mor-tē vxoris fuit per aliquātulū tēpus i monaſterio· vtrū aūt vir qui ſine li centia vxoris itra-uit monaſterium auctoritate ſua exire poſſit· dubi-tari poſſet· et vi-det̄ ex hꝰ· c· ꝙ poſ ſit· et ꝫ· e· vna·

MVlier· placu erit· in opti one viri g̃ ponit̄ ſi velit eam reuo
care ſicut in optione p̄relati eſt· an velit rem vacante ſede alienatam
a capitulo repetere vel p̄ciū retinere· xij· q· ij· ſi qua de rebus· vtrū aūt
vir teneatur eam reuocare· vel pariter cōuerti· vel continentiam vo-
uere· dictū ē· xxvij· q· ij· agathoſa· nam ſi nolit eam reuocare epiſco-
pus debet eam ſua auctoritate extrahere· ar· ex̄ de cōuer· cōiu· c· i· nam
bonus iudex debet talia corrigere· ex̄ de of· or· c· i· ff· de offi· p̄ſi· p̄ſes·

a ❡ Cōiugium. sed pone ꝙ mulier sine licētia viri intret religionem imo viro contradicente post vir cōsentit. sed ipa ꝯtradicit. nunquid pt ipa exire. vid: ꝙ non q: vltimus ꝯsensus firmat ꝑcedentes. ff. de serui tu. rust. predi. ꝑ fundum. ar. cōtra. ff. ꝯūia ꝑdi. receptū. vbi dicitur ꝙ ꝑo: ꝯsensus debet durare. Quidā dicūt ꝙ exire pt. Sȝ ꝯtra eos ē ex̄ de eo qui duxit in mr̄i. c. i. per quod dico ꝙ exire non pt. sed vsqueq̄ ha= bebit maritus li/ centiam reuocan= di eam. dicūt qui daȝ ꝙ 𝔦. annū. ar. . xx. q. ij. puella. bar. dicebat ꝙ 𝔦. trienniū. xvij. q. ij. si quis incogitus. alij dicūt ꝙ tunc potest reuocare. cū pmo copiā ha buit post n̄. vt. i. . q. i. constat. ego dico quandocūq; pt. vt. 𝔦. c. ꝓx.

Quod deo. in fine. vite

c ❡ ꝓposito. voti emissi

b ❡ Instātissime. ar. ꝙ fides est ser= uāda ei q̄ ꝯ̄ fidem venit. xxij. q. iiij. innocēs. ar. cōtra . xcv. di. esto. ex̄ ꝰ iureiur. ꝑuenit

e ❡ Perseuera. ȝ quid si alter forni cetur postea. nun quid reliquus pt ipm repetē. ar. h̄ ꝙ nō. ar. cōtra ex̄ de iureiur. tua di/ cunt quidā ꝙ au= ctoritate epi resti tuetur ei. ut ex̄ de diuor. ex lr̄is.

f ❡ Numerꝰ. ar. ꝯ̄ ꝑscriptōeȝ tem poris defendit qđ ab inicō ꝰ iur̄ ꝯūi non pt sortiri effe ctū vt di. xciij. illđ aūt di. c. ꝯ̄ morē . s. i. q. i. nullꝰ eps ar. ꝯtra ex̄ q̄ mr̄i. accus. pos. ꝯsuluit et extra. c. ꝑ tuas

g ❡ Sanctiora. ab inicō tn̄ cū cōtra= hūt ꝯtrariā debēt hr̄e volūtatē. s. de sobole suscipienda . xxvij. q. ij. omnis itaq;.

h ❡ Nichil. ex h̄ vid: ꝙ vxor non possit facē elimo= sinā sine lnīa viri. ȝ istđ itelligas de rebus dotalibus. Naȝ dn̄iū reȝ do taliū ē penes mu= lierē de iure natu rali. de iure ciuili ē penes maritum. . C. de rei ven. doc̄. et de hijs intelligas h̄. c. vel si vis intelligē de pa rafernalibus ꝯsiliū ē h̄. Nā cui cōmisit corpus honestū ē vt res cōmit tat. C. ꝰ pac. ꝯuē. hac lege. ꝛ ex̄ de dote post diuorci. c. pnl̄. Sȝ quero cum isti votā emiserūt q̄re vestes mutare nō pn̄t. ad hoc dicas ꝙ vir duplicē hȝ seruitutē in vxore vnā quo ad debitū reddendū. aliaȝ quo ad misteriū sibi exhibēdū in veste ꝯiugali. vn̄ licet vnā relaxauerit nō tamē aliā. ff. de serui. vr. ꝑdi. si domus. et ex̄ de ꝯuer. ꝯiu. quidam

i ❡ Magis. quasi cū pduxisti eū ad scandalū dissensionis potius ma= lū fecisti viro nō obediendo ꝙ bonū feceris abstinendo

k ❡ Anna. i. vidua. i. q. ij. in pn̄. i. ℞

l ❡ Susanna. i. vxorata

Secūdū verba. in quibus d: de debito reddendo ꝯgere non stat

m ❡ Imputaret. ar. ꝙ ꝓ ꝯpleto hētur qđ ꝑ volētē a= ne fiat ar. s. ꝓx. cā. q. v. ꝓposi

o ❡ Quis= do q̄s. tāgit illa tria ꝟba apl̄i. q̄ habēt vxores sint tanꝙ nō hn̄tes. et q̄ ven dunt sint tāꝙ nō vendentes. et qui emūt sint tāꝙ nō ementes. xxvi. di. lex ꝯtinentie.

p ❡ Nō facēt. s. n̄ faciēdo elimosinā.

q ❡ Quia trāsit. . i. trāsitorium est

r ❡ Presumit. su pbiendo cum eis

s ❡ Securus. hec clausula repetitur cum qualibet ꝑce denti ab illo loco quisquis ꝛc̄.

Una sola. cor rigēda. si. s. . xxij. q. iiij. diffini cō. et ē h̄. ar. ꝙ si alter sine lnīa alte rius intret religi onē ꝙ sua auctori tate potest exire

u ❡ Ex alieno. h̄ verum ē si eo ani= mo vouit vt aufe rat illi cuius ē ali as licitū alicui rē alienaȝ legare vt insti. de lega. §. nō solū licet secus sit sm̄ canones. vt ex tra de testa. c. di= lectus. filius

Tunc saluabi tur. exponit ieronimꝰ illđ apo stoli ad thimothe= um. saluabitꝛ mu/ lier ꝑ filioꝝ gn̄a tione si permanse/ rit in fide ꝛ dilecti one et sanctitate

p ❡ Saluabitꝛ. i. merebitꝛ saluari.

z ❡ Virgines. i. i tegri fide.

a ❡ Si qđ ipsa. s. virginitatem cor poris. ꝛ ē simplex relatio

b ❡ Radicis. scili cet suipius.

c ❡ et carnē. i. cō ruptionē sue car= nis.

d ❡ Com= pensset. quantū in ipsa est

e ❡ Pomis. i. filij q̄ dicuntur flos et pomā sicut mater radix

f ❡ Virginitas. s. carnis.

g ❡ Virginitate. s. mentis

h ❡ Castitate. saltem in affectu seruata

i ❡ Impfecta. quo ad vitam ꝓmerendā

Qui sitit. verba ponit hic euangelij et loquitur de siti conti nentie.

k ❡ Nolitis. ar. ad ea q̄ pfectionis sūt neminē esse cogendū. ȝ ꝑ suadendum. Nam talia consilij sunt et non precepti. ar. xi. q. i. aliud

Quod deo pari consensu voue= ratis perseueranter vsq; in fi nem reddere debuistis. a quo ꝓposi to si ille lapsus est tu saltem instan tissime pseuera. qđ te nō exhortarer nisi quia tibi ad hoc ipse consensit. Nam si nūꝙ tenuisset eius assensuȝ numerus nullus te defendisset anno rū. et post pauca. non q; pariter tē ꝑabatis a cōmixtiōe carnali. ideo tuus maritus esse destiterat imo ve ro tanto sanctius inter vos ꝯiuges manebatis quanto sanctiora ꝯcor= diter placita seruabatis. Nichil er go ꝰ tua veste. nichil de auro. et ni chil argento vel quacūq; pecunia. vel de rebus vllis terrenis tuis sine arbitrio eius facere debuisti. et in= fra Est quidam ꝓ modulo persone habitꝰ matronalis a viduali veste distinctus. qui pt fidelibꝰ ꝯiugatis salua religionis causa vel obseruan tia ꝯuenire. hunc te maritus si depo nere voluit ne te velut viduā illo vi uente iactares. puta q; non fuerat in hac re vsq; ad dissensionis scan= dalū pducendus magis in obedien tie malo ꝙ illius abstinentie bono. Quid enim est absurdius ꝙ mulie rem de humili veste superbiē. cui te potius expediret obtempare candi dis moribus ꝙ nigellis vestibꝰ re= pugnare. q; ꝛ si te indumētum mo nache delectabat etiā hꝰ gratiꝰ pos= sit marito obsuato exoratoq; sumi ꝙ illo incōsulto contēptoq; psumi Qđ si omino nō sineret quid tuo ꝓ posito deperiret. absit vt hinc displi ceres deo ꝙ coniuge tuo nondū de functo non viduereris sicut anna sȝ sicut susanna ❡ Idem

Cōtinētie meritū hȝ q̄ ꝓ incōtinentia vxoris debitū sibi reddē cogit.

Secūdum verba aplica etiam si vir ꝯtinere voluisset ꝛ tu noluisses debitum tibi reddere cogere tur. ꝛ illi deus imputaret ad ꝯtinē= tiam et si non sui sed tue cederet in= firmitati ne in adulterium caderes Quisquis ergo compatiens infir= mitati vxoris reddit et non exigit debitū. aut si ꝓpter infirmitatē pro priam ducit vxorem. plangens po tius quia sine vxore esse non potuit ꝙ gaudens. q; duxit. quisquis ven= didit qđ nouit. q; et si maneret. bea tū nō faceret. quisquis emit qđ no uit quia transiet. et de hijs non pre sumit et fecit ex eo misericordiā cū nō habētibus. securus exspectat di em nouissimū ❡ Itē ad armētariū ꝛ ripariū ꝛ paulinā.

Vota ꝯtinētie sine vxoris consensu reddi non pūt.

Una sola causa esse potest qua te ad id quod vouisti non so= lum non hortaremur. Verū etiaȝ ꝓ hibēmus implere si forte tua con= iunx hoc tecū suscipe animi seu car= nis infirmitate recusaret. Naȝ ꝛ vo uenda talia nō sunt a cōiugatis ni= si ex consensu et voluntate cōmuni. et si ꝑpropere factum fuerit magis est corrigenda temeritas ꝙ persol= uenda promissio. neq; enim deus ex igit si quis ex alieno aliquid voue= rit. sed potiꝰ vsurpare vetat alienū. ❡ Item Ieronimus.

Absq; ceteris opibus nec sola virgitas saluat nec cetera absq; ꝟginitate pficiūt

Tunc saluabitur mlier si illos genuerit filios qui permansu ri sunt virgines si quod ipsa perdi= dit acquirat in liberis et dannū ra dicis et carnem in flore compenset et pomis ❡ Itē Ieronimus Hoc solū nūc dico ꝙ quomodo absq; ce teris opibꝰ ꝟgitas sola nō saluat sic oīa opera absq; virginitatis pu ritate continentia castitate imper= fecta sunt ❡ Item

Qui sitit veniat ꝛ bibat qui pt capē capiat. nō dicit nolitis. velitis

et·xxxij·q·i·integritas a ¶ Imꝑatum·s·ꝓx·q·i·integritas quātū
ad corporalem ſed de mentali ꝓceptum eſt =mo in neccitate liberalis
b ¶ Maioris ſic·xxviij·q·i·iā nūc·Nā ne= exiſtit·ff·de adim·lega·
rem legatam· =dit·s·xxviij·q·i·ſic eni·otra·ſed verū ē ꝙ non expe
c ¶ Non expe= dit ꝓpter onera mrīmonij·vt·s·ꝓx·q·vij·oēs ſed
expedit ꝓpter fornicatōem vitandā· d ¶ Noluerunt·i·noluerunt ex
ercere id ad quod nati ſūt·ſ·vti co= pula carnali·⁊ ita ſm hꝰ ē ar·ꝓ co= pula carnali ꝙ nullus ē naturalitˀ fri/ gidus·s·e·q·i·re quiſiſti·alia lr̃a hꝫ voluerunt eſſe qđ nati ſunt·i·v̓gines
e ¶ Celoꝝ·ſup ple inquit merce/ dem recipient re= gnū celorum
f ¶ Si caſtrati· ar·ꝙ de vno ꝯce= ditur ⁊c̃·vt·di·xlv·diſciplina·et xxiij·q·iiij·forte a libi dicitˀ quod d̓ vno negatˀ de alio ꝯceditur·vt·xxv·di·qualis·
g ¶ Finis·quia· ꝓmiſſa·c·ſ·tūc ſal uabitur·et·c·hoc ſolū·et c·qui ſitit equiuoce vtūtur hꝰ nomine v̓gini= tas·qñqꝫ ꝓ v̓gi/ nitate mētis·qñqꝫ carnis·ideo deter= minat vbi ſic vel ſic accipiatur·
h ¶ Et due·ſ·tūc ſaluabitˀ ⁊ illa·ſ· hꝰ ſolū ibi abſqꝫ v̓ ginitate
i ¶ De virgini= tatis·i·q̄ ē i mēte
k ¶ Pincipiū·ſ· illius·c·qui ſitit·
Qui vxorem ſuā ꝫ·ꝯuerta tur·intrando mo/ naſteriū ſi iuuenis· eſt·vel ſi ē ſenex ꝯtineat in ſeculo ex̄ d̓ ꝯuer·ꝯiu·cū ſis·et dicit·b·ꝙ eo ipo ꝙ dat vxo ri licentiam intel= ligitur vouere·et ſi non exp̄mat et compellēdus ē ire ad religionē·vt no·s·xxvij·q·ij·a/ gatho la·et ſuffi= cit tacita licentia cuꝫ·ſ·ꝑmittit·vt hꝰ·et ar·ex̄·de ꝯū· ꝯiu·ꝯſuluit·alij dicunt·ꝙ qui dat licentiam niſi ex= ꝓſſe voueat conti/ nere non tenetur· nec monaſterium ingredi·imo po=

bibendum vobis eſt atqꝫ currenduʒ ſed qui voluerit qui potuerit curre= re atqꝫ potare ille vincit·ille ſatiabi tur ab eo·et ideo plus amat virgi= nes xp̄s quia xp̄o ſp̄ote tribuūt qđ ſibi nō fuerat imꝑatū·maiorisqꝫ g̃ tie eſt offerre quod non debeas ꝙ̃ reddere qđ exigeris·Apoſtoli enim vxoris onere ꝯtēplato ſi talis inq= unt cauſa hoīs ē cū vxore nō expe= dit nubere·quorū dñs ſentētiam ꝓ bās ait·recte quidem ſentitis quod non expediat homini ad regna ce= lorū tendenti accipe vxorē·ſed dif ficilis res ē et non oēs capiūt ver bū iſtud·verū quibus datuʒ eſt ali os hoīes eunuchos natura facit alios vis hominum·michi illi eunu chi placent quos caſtrauit non ne= ceſſitas ſed voluntas·libenter eos i meo recipio ſinu qui ſe caſtrauerūt ꝓpter regnū celoruʒ·et ob meū cul tū noluerūt eſſe qđ nati ſūt ſimulqꝫ hec tractanda ſententia eſt qui ſe i quit caſtrauerūt ꝓpter regnū celo rū ſi caſtrati habent mercedem re= gna celoꝝ·ergo ꝗ ſe nō caſtrauerīt locum non pn̄t accipe caſtratoꝝ·

¶ Finis huius auctoritatis ⁊ due ꝓcedentes de v̓ginitatis affectu in telliguntur qui non in voluntate ſo lū ſꝫ in neceſſitate eſt qꝛ aliter dam naremur·Principiū vero d̓ affectu intelligitˀ qui non in neccitate añ vo tū·ſed in volūtate eſt·nec exigitur niſi repromittatur ¶ Item ex ꝯci lio remenſi·

Non liceat illi vxorem ducere qui ſuam velare permiſit

Qui vxoreʒ ſuam velare ꝑmiſe rit aliam non accipiat ſed ſi= militer ꝯuertatur ¶ Itē auguſti· in q̄ſtionibus numeri

Vota abſti nētie q̄ mlier ꝑmittēte viro ꝓmiſit illo ꝓhibēte ſ̓uare nō cogitˀ·

Manifeſtum ē ita legē voluiſ= ſe feminam ſub viro eſſe ut nulla ei us vota que abſtinentie cauſa voue

teſt eā reuocare de monaſterio·ex̄ de ꝯuer·ꝯiu·c·i·et ꝙ dicit hꝰ ſimili ter ꝯuertatur·dicunt niſi malit eaꝫ reuocare·ſicut enim ſcđm iſtos ex preſſus ꝯſenſus exigitˀ in contrahendo ita in ſeparando mrīmonio·ar· ex̄ de regu·iuris·oīs res·alij diſtinguūt ꝙ ſi mulier ſciuit ius q̄ de= dit ſn̄iam viro tūc etiā intelligitur vouere·ſecus ſi ignorauit ꝗ·
Manifeſtum eſt·vota·que ſcandalizauit virum ꝓx·c·q·ij·§·vlt·

vt iacere in camiſia·vel ieiunare cum ipſe pranderet
n ¶ Niſi auctor·mulier ergo non ꝑt facere votū abſtinētie ſine volun tate viri·ſꝫ nūquid vir poteſt abſtinere ſine vxoris ꝯſēſu·ſic·ī·e·cū ca put·licet ergo ꝯiuges ſint pares quantum ad votum ꝯtinentie non tamen quantū ad votū abſtinentie·et hꝰ intelligo de quolibet voto i ꝗ non ſit vxori ꝑiudicium quo ad carnale debitum ꝙuis ex illo voto ori/ atur ſcandalū mu lieri·vt in hoc ſit dia iter viꝝ ⁊ vx orem·ſilˀr ⁊ de mu liere dici ꝑt ꝙ vo uere poſſit dūmō ꝑ illud votū muli eris non fiat viro ꝑiudiciū·vel ſi nō exoriatur ſcanda/ lū viro·vt ſi vouꝫ iacē in camiſia cū eo·vel ſingulˀ no ctibus ire ad ma= tudinas·vñ de ta/ li voto intelligo iſtud·c·alias tene tur mulier adim= plere etiam viro inuito·vt ſi vouit ꝙ daret denariuꝫ amore dei vel ali= qđ tale hꝰ dicit·h· canon tñ iſte indi= ſtincte loquitur· Itē videtur ꝙ mu lier iſta peccet q̄a magis obediendū eſt deo ꝙ̃ homini· nam ſcriptum eſt vouete et reddite ⁊c̃·xvij·q·i·i ꝓn· ſed dic ꝙ mulier iſta nō obedit vi= ro otra dñm quia dñs hoc vult ꝗ·e· noluit·eo aūt ipo qđ hꝰ viro ꝯcedit̃ reuocare votū ab ſtinentie prohibe tur de voto conti= nentie imo nec hꝰ viro ꝯceditur re uocare votum ab ſtinentie imo pec= cat vir reuocando ſed precipitur vx ori ut obediat·ſi· ex̄ de iureiur·debi tores·et·xxiij·q· ·i·q̄d culpatˀ·in ſi·
o ¶ Promiſſa·ſ· continentia·
p ¶ Mulier·s·x= xxij·q·i·ſi quis vx orem
Eſt ordo·na= turalis·i·a natiui= tate et ortu ꝓue niens·naꝫ femina de corpore viri ē· et alia ratio ē que in velamine corpo ris eius perpēdit̃·
q ¶ Seruiāt·hoc adeo verū ē ꝙ pa tronus ꝯſentien= do liberte vt otra

rit reddantur ab ea·niſi fuerit vir auctor ꝑmittendo·nam cum ad pec catum eiuſdeꝫ viri ꝑtinere voluerit lex ſi ꝑmiſerit prius et poſtea ꝓhi= buerit·hꝰ tñ non dixit vt faciat mu lier qđ vouerat·qꝛ ꝑmiſſa iam priꝰ a viro fuerat·viri dixit eſſe peccatū qꝛ abnuit qđ prius ꝯceſſerat·nō tñ mulieri ex hꝰ iuſſum dedit vt cū priꝰ vir ꝯceſſerat poſtea ſi ꝓhibuerit cō temnatur ¶ Ex ꝑmiſſis auctorita tibus apparet ꝙ ꝯtinentie vota nec mulier ſine viri ꝯſenſu·nec vir ſine ꝯſenſu mulieris deo reddē ꝑt·ſi au= tē ꝯſenſu alterius eoꝝ ab altero ꝓ miſſa fuerit·et ſi poſtmodū in irritū deducere voluerit qui permiſit non tñ valet·qꝛ in debito ꝯiugij eqꝫ mu lier habꝫ ꝑtātēʒ viri ſicut ⁊ vir mu lieris·atqꝫ ideo ſic quilibet eorū al= terū a ſuo iure abſoluerit ad ꝓteri= tam ſeruitutē ipm reuocare nō po terit·Quia vero in ceteris vir ē ca put mulieris·et mulier corpus viri ita uota abſtinentie viro permittē te mulier ꝑt ꝓmittere·vt tamē eo dem prohibente rem promiſſam nō valeat implē·⁊ hꝰ vt diximus ꝓpter ꝯditōem ſ̓uitutis qꝛ viro in omni= bus debꝫ ſubeſſe ¶ Vnde auguſti= nus ait in libro queſtionū geneſis

Mulieres viris ſuis debēt ſubeſſe

Eſt ordo naturalis in hoībus ut ſeruiant femine viris et fi lij parētibus·qꝛ i illis hec iuſticia ē vt maiori ſeruiat minor ¶ Item i queſtionibus veteris et noui teſta= mēti

Vir ē caput mulieris

Hec imago dei ē in homine fa cta vt vnus factꝰ ſit dñs ex quo ce teri oriantur·habens imperium dei quaſi vicarius eius·qꝛ vnius dei hꝫ imaginē·Ideoqꝫ mulier non ē fcā ad imaginē d̓i·ſic etenī dic̃ ſcripta et fecit deus hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudineʒ dei fecit illū·hic etiā aplus·vir quidē ait non debꝫ velare

bat amittit in ea ꝯpas cū in officio viri debeat eſſe·vt·ff·de ope·lib· ſicut patronus· r ¶ Maior·dignitate·ſ·filius ſeruiat minori id ē patri qui non eſt i dignitate·interdum maior etate ſeruit minori de ꝓcepto dñi vt eſau iacob·et ꝙ dicit hic nulla iuſticia ē verū ē ſm ve tus teſtamentū ſed ſcđm nouū·qui maior ē ſit ſicut miniſter ⁊c̃·xciij· di·diaconi·ſed melior lr̃a eſt·vt minor ſeruiat maiori

N Ec imago .i. in hoc dicitur habere ſimilitudinem dei homo
b ¶ In hoie .q2 ſicut proceſſerunt a deo omnia ſic ab adã proceſſe-
runt omnia. hic accipit tantum hoc nomen homo in maſculino genere
alias cõis generis ẽ .ut .ff. de verbo .ſig. hominis =q2 ſicut aqua proflu-
c ¶ Vt vnus .i. q2 imago domini dr ipe homo= xit ex latere domini
ſic eua ex latere ade. Itẽ in hoc habet imaginem q2 habet rõnez 7 i
tellectũ ſicut deus
b ¶ Imaginez .i.
ſimilitudinez. de pe.
di .ij. illa anima.
e ¶ Quia imago.
et ideo non debet
celari.
f ¶ Mulier. non
tñ quelibet. quia
non v̓gines de cõ
ſuetudie. ꝟ fac vi
in eo quod dicit.
g ¶ Gloria .i. de9
non gloriatur per
ipam ſicut p virũ
nam p eã pma p̄=
uaricatõ eſt indu-
cta .ꝗ. e. mulier
S Atis. et pe=
ne. non tñ q̓
immoderate v̓be=
ret² .C. d repu. cõ
ſenſu. et .s. e .q .ij.
placuit.
i ¶ Teſtimoni=
um. id eſt accuſa
tionem.
k ¶ Lapidaret².
7 ita vidr q̓ in ve
teri lege nũq̄ vir
obligabat² taliõi
ſed tu dic. cũ .h.
q̓ hoc locũ tm̄ ha/
bebat i actõne ad
ulterij i pmo coi=
tu puta cum nõ in
ueniebat eã v̓gi=
nẽ. vel dicebat ſe
nõ inueniſſe 7 ipã
cõtrariũ probabat
p aſpectũ linthia
minis i hoc cãu non
puniebatur vir ta
liõis pena ꝟ cẽm .c.
ſiclos aureorum da
bat patri puelle.
l ¶ Demõſtrare=
tur .p aſpetuz lin/
theamis ſangui=
nolẽti. ſed nec ho
die cũ agit vir ad
ſepatõnem ſuſti=
net talionẽ. ſecus
ſi agat ad penam
adulterij crimina
liter. ex̄ de procur.
.c. tue. ideo aut n̄
puniẽ vir pena ta-
lionis q2 iam alia
via oſequeret². id
qd̓ optauit qd̓ eſ
ſe non dz .ff. p ſo
cio. idemq3 .ff. de
cõ. inſt. q̄ ſub cõ.
.§. eſt ſi quis
m ¶ Caſtigaẽ id ẽ
verberatur
n ¶ Qui teſtimo
nio .i. accuſatõe calũnioſa .hoc ideo ita expone. nã teſtis nõ obligaẽ ad
talionẽ. ꝟ alio modo puniẽ a iudice. ſi varie rñdet .ut .C. de teſti. nullũ
.h. tñ dicit q̓ ſic .iij .q .ix. nichilomin9 maxie ſm veterẽ legẽ ar. ex̄ de
cri. fal. c. falſ9. de hoc dictũ ẽ .ij .q .iij. in ſũma. =xxij .q .v. de forma .s. di
C Vm caput criminis .s. ix .q .iij .c .i .s. = .xcv. eſt o. ar. eandem odi-
tõnem inferiorum ad media que eſt mediorum ad extrema

caput ſuũ q2 imago 7 gloria dei ẽ.
mulier ideo velet quia non eſt glo=
ria aut imago dei ¶ Item i eodez
S Atis hinc apparet quemad=
modũ viris femias ſubditas
et pene famulas lex eſſe voluit vxo
res. dũ oſtituit vt diceret aduerſ9
vxorẽ vir teſtimoniũ. vnde lapida
retur illa ſi hoc verũ eſſe mõſtrareẽ
ipe tñ non viciſſim lapidatur ſi fal
ſum hoc eſſe cõſtiterit ſed tm̄modo
caſtigatur 7 dãnificatur. eiq3 perpe
tuo iubetur adherẽ qua carere vo=
luerat. In alijs aũt cauſis eũ qui te
ſtimonio falſo cuiq̄ nocuerit qd̓ ſi
probareẽ iuſſit occidi. eadẽ iubz ple-
cti pena qua fuerat ſi verum eſſet ipe
plectendus ¶ Itẽ Iero. ſup epl̄az
ad titũ. ¶ De eodem
C Vm caput mulieris vir ſit. ca
put aũt viri xp̄s. quecũq3 vxor nõ
ſubiciẽ viro ſuo hoc ẽ capiti ſuo eiuſ=
dem criminis ẽ rea cuius 7 vir ſi nõ
ſubiciaẽ capiti ſuo. Verbũ aũt do=
mini blaſphematur vel cũ otẽnitur
dei pma ſententia 7 p nichilo duci
tur. vel cũ xp̄i infamatur euãgeliũ
dũ otra fidẽ legẽq3 nature ea q xp̄i
ana ẽ 7 ex lege dei ſubiecta viro im
pare deſiderat cum 7 gentiles femi
ne viris ſuis ſeruiant cõmuni lege
nature ¶ Itẽ Aug. in qõ. numeri

**Arbitriũ viri mlierẽ ſeq optz i oĩbus**

N Oluit itaq3 lex mulierẽ
aliqd voueẽ deo aduerſus ani
mã ſuã vt nõ in aliq rerum licitarum at
q3 oceſſarum abſtinẽtia i eiſdẽ votis fe
mine valeat auctas ſed virilis. ita
vt ſi adhuc innupte oceſſerat pr̄ vo
ta pſoluere ſi anq̄ pſoluerit nupſe=
rit 7 viro eius hoc cognitũ nõ pla=
cuerit non pſoluat et hoc omnino ſi=
ne pccõ q2 deus mundauit eã ſicut
dicit lex id ẽ mũdã iudicauit Nec
hoc cõtra deũ fieri putãdũ ẽ cũ ipe d
us hoc pcepit hoc voluerit ¶ Itẽ am=
broſius in li. qõnũ veteris 7 noui te

p q Blaſphematur. tractabat eni iero. illud verbũ apli ad titum. ad
mone adoleſcẽtulas eſſe ſubditas viris ſuis. vt nõ blaſphemetur verbũ
dei .i. euãgeliũ verbũ dei in paradiſo q̄ten9 viris ſubditi eſſent
q ¶ Dei. q2 dixit mlieres eſſe ſbditas viris. oũſatio tua erit ad virum 7
ipe dñabit² tui =tat. ar. q̓ abbas poſſit reuocare votũ monachi
N Oluit cõceſſe= qd̓ etiã emiſit añ monachatũ .ar. xx .q .iiij. mo=
nacho. pl9 eni eſt
monach9 ſub ab
bate q̄ feia ſb vi=
ro. vt .xij .q .i. non
dicatis

ſtamẽti. **Nulla ẽ mulieris ptãs ſed in omnibus viri ſubſit dominio**

M Vlierem ſubiectam oſtat do=
minio viri ſui eſſe et nullã au
ctoritatẽ hr̄e. nec docẽ pt nec teſtis
eẽ. nec fidẽ dare nec iudicaẽ ¶ Idẽ
in examerõ in tractatu diei quarti
A Dam p euã deceptus eſt nõ
eua p adã quẽ vocauit ad cul
pã mulier. Iuſtũ ẽ vt eaz in guber
natõez aſſumat ne iterum feminea fa
cilitate labatur. ¶ Itẽ ſuper pri=
M mã epiſtolam ad corinthios
Vlier debet velare caput quia
nõ eſt imago dei. ſed vt oſtẽdatur
ſubiecta viro. et q2 p̄uaricatio p il
lam inchoata ẽ hoc ſignum debet hr̄e
in eccia propter reuerentiaz ep̄alem.
non habeat caput liberũ ſed velami
ne tectum. non habeat ptãtẽ loquẽ
di quia ep̄us pſonã habet xp̄i quaſi
ergo ante iudicẽ xp̄m ita ante epi=
ſcopũ ſit quia vicarius ẽ dei. propter
pccm originale ſubiecta debet vide
N ri ¶ Itẽ in libro de padiſo
Ec illud ocioſum ẽ qd̓ non d
eadẽ terra de qua plaſmatus ẽ adã
ſed de ipius ade coſta facta ſit muli
er. vt ſciremus vnã in viro 7 mulie
re corporis eſſe naturã. vnũ fontez
generis humani. ideo nõ ſunt duo
a principio facti vir et mulier neq3
duo viri neq3 due mulieres ſz pmũ
vir deinde ex eo mulier. vnam enim
naturam volẽs hoim oſtituere deus
ab vno principio creature hoc inci
piẽs multarum 7 diſpariũm naturarum
eripuit facultatẽ ¶ Euidentiſſime
itaq3 apparet ita virum eẽ caput mu
lieris vt nlla vota abſtinẽtie vel reli
gioſe oũſatõnis liceat ſibi ſine eius
lĩia deo offerre. et ſi viro pmittẽte
repromiſſa fuerint nõ lz ei votũ cõ
plẽ ope cũ vir voluerit reuocare p
miſſũ. vota vero otinẽtie ita alter9
pmiſſu ab alto valẽt offerri q̓ poſt
pmiſſiõez nõ valẽt in irritũ deduci.

o ¶ Otra deũ. ſi .x
iiij .q .v. dixit .s. ij.
.q .i. ſi pccm. 7 .xx
.iij .q .iiij. q pccat
.s. di .xxvi. deinde
M Vlierez. au
ctoritatẽ. vi
rilia .n. officia mu
lieribꝫ ſũt adẽpta
.iij .q .vij. §. tria.
.ff. ad vell' .l. ij.
a ¶ Nec docẽ. in
eccl̄ia maſclos p̄t
.s. di .xxiij. mlier.
d o. di .iiij. mulier
s ¶ Nec teſtis. in
cã criminali n̄ in ilt̓
caſibꝫ i quibꝫ infa
mes admittũtur.
nec in teſtõ. inſti.
de teſta. §. teſtes.
nec ot̄ clicos in cã
criminali q2 non p̄t
eẽ qd̓ ipi ſũt .s. ij.
q .vij. ipi apli. nec
etiaz ot̄ laicos .ut
no. xv .q .iij. d cri/
y ¶ Nec ſi mme
dẽ. obligat² tñ ſi
doloſe ſidiubebat
vt creditorẽ deci
piat. et tenet². vt
.ff. ad vell' .ſi deci
piẽdi. Itẽ 7 ſi pui
legio velleiani re
nũciauerit obliga
tur 7 teneẽ .ff. ad
vell' .l. vlti.
z ¶ Nec iudicaẽ.
n̄ in caſibꝫ vt dixi.
.xv .q .iij. d crimi
ne.
A Dã. gubna
tõez. p hoc vi
detur q̓ vir poti9
dz eſſe curator vx
oris q̄ extraneus qd̓
negat lex .C. qui
dari tu .l. ij.
M Vlier. ꝟ vt
oſtẽdaẽ n̄ ſo
lũ ppẽ hoc ꝟ etiã 7c
c ¶ Propter re=
uerẽtiã .i. ppẽ re=
uerentiã ſacerdo=
tũ. ar. liiij. di. ſi ſ=
u9 ſciente. 7 ſic an
iudicez dñi ita an
vicariũ eius ſacdo
tẽ ſit ſubiecta vi=
ro vel propter reue
rẽtiã ſacdotũ .i. ne
ſacdotes i faciẽ ei9
intuẽtes inuitẽẽ ad libidinẽ b ¶ pſonã. 7 quilibz ſacdos de pe. di. iij.
inẽ hoc hcũ .ij. e ¶ Origiale .i. q̓ originẽ habuẽit ab ipa q° ad homies
N Ec illd̓. ocioſũ eſt .i. ſine cauſa 7 miniſterio fem f ¶ Coſte. non
de pede ne oino videẽtur famula. non de capite ne oino videretur
dña. ꝟ de coſta vt collateralis videretur h ¶ Multarum. q° ad numerũ
vel multarum quo ad gen9 humanum i ¶ Et diſpariũ. quo ad ſexuz

vel diſpariū quo ad ſpēm· et reſpicit ad p̄mam creatōem hominis

Quidam vir in captiuitatē ductus eſt· Cauſa·xxxiiij·

Q quia in precedenti cauſa dixerat matrimonium ſeparari ꝓpter frigiditatem et viro viuēte ſaparatam poſſe alij copulari·ne idem videretur faciendum propter hoſtilem calamitatem vel captiuitatem·ideo ſubdit cauſam iſtam in qua oſtendit·quid iuris ſit·ſi quis tenetur in captiuitate et vxor eius interim nubat·vt hoc autem ⁊c· et nota ꝙ hic tractat de illo impedimento quod dicitur ligatio· Ligatō eſt cum quis ligatur alteri vinculo matrimonij et quodlibet impedimentum matrimonij dici poteſt ligatō

¶ Queſtio·i·⁊·ij·

Vtraqȝ queſtio· ſi mulier credit ſuum maritū mortuū et habꝫ iuſtam cām credendi licite p̄t cōtrahere·ſi autē dubitat de morte viri et cōtraxerit licet non debeat cōtrahere tenetur tam̄ reddē debitum petenti ſed ipſa non p̄t exigē· extra de ſecū·nupē· domiꝰ noſter·et in tali caſu vir poteſt eam remouere ꝓpter adulteriū cū non habuerit probabilem cauſā mōtis ſue·ſed ſi audiuit eum mortuum licet per falſū rumorem·et tūc nupſit vir non p̄t eā de adulterio accuſare niſi illa ꝓcurauerit illū rumorem vt·ff·d adul·miles·§·mulier· ſꝫ pone ꝙ mlier credit eū viuere et ē mortuus et cōtrahit·nūquid ē matrimoniū ibi·ſic·ipſa ē tamen adultera reatu licet adulterium non committat·Naȝ dicit lex ꝙ teneť quis actōe furti licꝫ ſb tilitate iuris furtū nō ōmittat·C·de furt·ſi quis ſeruo· minor tam̄ pena ei imponetur·

C Vm p belli cā·crederet·ſꝫ ratō friuola eſt et ideo non curat ei rn̄dere

b ¶ Sollicitudine·incōtinentie vel paupertatis

e ¶ Hoſtilitas·ſic·ſ·xvi·q·iij·prima·

f ¶ Qui pſonam·ſ·ij·q·i·in primis·naȝ ſimilitudo attenditur iter illum qui ſuccedit inuaſori·vt ibi·et iſtum de quo hic loquitur·

g ¶ In cōiugiorū·ar· ꝙ ecclia clerico debeat reſtitui de captiuitate redeunti p quantūcūqȝ tp̄is detētus fuerit ſi ꝓbat iuſtū impedimētū

Incipit cauſa tricesimaquarta

Q Vidā vir i captiuitatē duct9 ē poſtea vxor ei9 audiēs illū mortuū nupſit alij· Deinđ ille d captiuitate rdiēs repetit vxorē ſuā·illa poſterioris amore capta aſpernat̄ thoꝝ p̄oris viri ¶ Nunc p̄mū q̄riť· an ſit iſta rea adulterij que viuēte viro ſuo alteri nupſit ¶ Secūdo an redeūte p̄mo ſit cogenda recedē a ſecūdo et redire ad primum

Q I

Vtraqȝ queſtio termiať aucte leonis pape q̄ ſcribēs nicete aquilieñ epo ait·Que alij nupſit putās viꝝ ſuum mortuū eſſe illo redeunte ad priorem redire cogatur

C Vm per bellicā cladē et p grauiſſimos hoſtilitatis incurſus ita quedā dicatis eſſe diuiſa coniugia vt abductis i captiuitatē viris femine eoꝝ remāſerūt deſtitute q̄ viros ꝓprios interēptos putarent·aut ab iniqua dn̄atōne nunꝙ̄ crederent liberandos·et in alioꝝ cōiugium ſollicitudine cogente trāſierūt· Cūqȝ ſtatu reꝝ auxiliāte dn̄o i meliora cōuerſo nōnulli eoꝝ qui putabantur piſſe remearunt Merito caritas tua uidetur ambigere·q̄d de mulieribus que alijs ſunt cōiūcte viris a nobis debeat ordinari·Sed q2 nouimus ſcriptū a domino ꝙ iungitur viro mulier·et iterum agnouimus p̄ceptū vt qđ deus iūxit homo nō ſepet· Neceſſe eſt vt legitimaꝝ federa nuptiaꝝ reintegrāda credamus·et remotis hijs q̄ hoſtilitas intulit· vnicuiqȝ id quod legitime intulit reformeť· Ideoqȝ ſtudio ſe pcurādū ē ut recipiat vnuſquiſqȝ qđ ꝓprium eſt·nec tn̄ culpabilis iudicetur·et non tanꝙ̄ alieni iuris puaſor habeatur qui pſonā eius mariti qui iam nō eſſe eſtimabatur aſſumpſit· Sic eni multa que ad eos qui in captiuitatē ducti ſūt ptinebāt in ius alienū trāſire potuerūt· et tn̄ plene iuſticie eſt vt eiſdem reuerſis ꝓpria reformēť·ꝙ ſi i mācipijs vel i agris vel etiam in domibus ac poſſeſſionibus recte ſeruatur quantomagis i coniugiorum reintegratōne faciendum ē·vt quod clade bellica turbatum eſt pacis remedio reformetur ⁊ ideo ſi viri poſt longam captiuitatē reuerſi ita in dilectōne ſuaꝝ ꝯiugum pſeuerāt vt eas cupiant redire in ſuum cōſortiū obmittendū eſt et in culpabili iudicādum eſt quod nccitas intulit·et reſtituēdū eſt qđ fides poſcit·Et infra· Si autē aliq̄ mlieres ita poſtēioꝝ viroꝝ amorē ſint capte vt maluerint hijs cohērē ꝙ̄ ad legitia trāſire ꝯſortia merito ſūt notāde ita vt eccleſiaſtica ꝯiōne priueť·q̄ de re excuſabili cōtaminatōnē criminis elegerūt oſtendētes ſibimet ꝓ ſua incōtinentia placuiſſe qđ iuſta remiſſio potuit expiare·Redeant ergo in ſuū ſtatum voluntaria reintegratione coniugia neqȝ vllo modo ad opprobriū male voluntatis trahatur quod ꝯdicōne neceſſitatis extorſit· q2 ſicut hee mulieres que ad viros ſuos reuerti noluerūt impie ſunt habēde· ita ille q̄

cum eccleſia ſit vxor clerici·vij·q·i·ſicut·et dixi·vij·q·i·paſtoralis·

h ¶ Perſeuerant·et ita videtur ꝙ ipſi nō cōpellantur ad eos redire·ſi noluerint·ſed ſupplent hic quidam maxime·alij intelligūt hoc de illis mulieribus que viros nō credebant mortuos·et tamen ꝯtraxerūt qđ notatur in p̄m·c·ſed ꝯtra·ſ·di·xxxij·q·v·puto·in p̄m·ſed illud quando maritus vel vxor ſciť adhuc viuere·iſtud qn̄ certis indicijs putať mortuus eſſe·

i ¶ Oſtēdentes·ar·ex cōſequentia·opis qđ quādoqȝ ex facto preſenti preſumitur circā preteritū· vt hic·⁊·xxxiij·q·i·requiſiſti·⁊·ſ·xxij·q·ij·quod ait·et·C· de adult·ſi qui·quādoqȝ p̄ſumitur ex p̄cedenti actu circa p̄ſens·vt·ij·q·i·in primis·in ſi·et·q·vij· non poteſt·qn̄qȝ ex p̄ſenti circa pn̄s·vt di·xi·l·di·ſi quis diaconus·qn̄qȝ ex eo qđ debet fieri p̄ſumitur et timetur i futurū·vt·iij·q·v·accuſatores·quandoqȝ ex p̄terito circa futurum·C·d cōdi·furť·l·vlti·quandoqȝ ex futuro circa p̄teritū·ff·de ꝯdi·i de·ſi non forte in·§·ſi decē aut ſtichum·

k ¶ Remiſſio·i·dimiſſio ſedoꝝ vi

l ¶ Nō cō roꝝ ditō· nccitas cogit nō ē imputandū·xxij·q·iiij·iter cetera·vij·q·i·pōtifices·⁊·de ꝯſe·di·v·diſcipulos·

Q Vm in captiuitate cōmiſiſſe· pcēm notat interueniſſe in cōtrahendo ſi ſciēter contraxit · Sed ſi ignoranter cōtraxiſſet quāuis nō eſt matrimonium ſecundū ·tamen filij inde nati habenť ꝓ legitimis· quo ad ſucceſſionem·ſimiliter vbi per cōſāgnitatē ſit diuōciū qđ veꝝ ē vbi ignoranter ꝯiūcti ſūt·ar·ex̄ q̄ ſi·ſint le·cū iter·ſi aūt ſcienter quo ad ſcientem legitimi non ſunt·ar·xxxij·q·ij·ſolet·ar·C·ſoluto mr̄i· ſi ignorās·⁊·C·d inceſt·nupti·⁊ inuti·q̄ cōtra·ſed licet·h·et·l·ita diſtinguant falſa tamen eſt diſtinctio·ſufficit enim alterius ignorantia vt ſint legitimi·vt ex̄ qui ſi·ſint legi·ex tenore·abſurdū ē vt aliqs ptim ſit illegitim9 ⁊ ptim legitim9·ff·de lib·cā·duobꝯ·ſꝫ ſi ambo parētes ſciūt impedimentū vel affectant ignorare q2 nō contrahūt p̄miſſa denūtiatōne trina coram eccleſia licet ꝓ legitio habitū fuerit tn̄ filij nō ſūt legitimi·vt extra d clāde·deſpō· cū inhibitō